p3: q᷑ ē positū. tūc arguit sic. hō ē asin⁹: ē
a te ꝯcedendū: ⁊ hō ē asin⁹ ē impōle ꝑ se.
ergo impossibilē ꝑ se ē a te ꝯcedendū. ⁊ cō
sequēter necessariū ꝑ se est a te negandū.
q᷑ suū ꝯtradictoriū ē necessariū per se. s. ni
hil qđ est hō ē asin⁹. Rn̄det admitten-
do positū: ⁊ cū ꝓponitur hō ē asin⁹: negat
⁊ tunc ad argumentū: cōcedo ꝙ homo est
asinus: ē a te ꝯcedendū. ⁊ nego ꝙ hō ē asi
nus: sit impossibilis per se tāq3 repugnās
vni ꝯcesso. seqtur eni3 homo ē asin⁹: ē a te
ꝯcedendū. ergo hō ē asin⁹: nō ē impossibi
le per se. ⁊ si arguit sic. homo ē asinus: ē a
te ꝯcedendū: ⁊ tu negas ipsa3. ergo tu ma
le respondes. nego argumentū. sed o3 ad
dere. ⁊ tu nō es obligat⁹. Contra vltimā
regulā arguit ⁊ pono tibi istā. tu es rome.
qua admissa ⁊ ꝯcessa: ꝓpono tibi istam co
pulatiuā. tu es rome: ⁊ tu es alb⁹. h̄ copu
latiua ē falsa ⁊ impertinēs. ergo neganda
⁊ tamen quelib3 pars ei⁹ ē ꝯcedenda. er-
go nō qualib3 parte copulatiue ꝯcessa est
ꝯcedenda copulatiua: qđ ē ꝯtra regulā. s3
ꝓbat ꝙ quelib3 ꝑs copulatiue sit ꝯceden
da. q᷑ p̄ma ꝑs ē ꝯcedēda: q᷑ posita ⁊ ad
missa. ⁊ scđa similiter: q᷑ vera ⁊ ipertinēs
ergo ⁊c. Rn̄detur admittēdo positum:
⁊ cū ꝓponitur copulatiua. nego eā. ⁊ nego
ꝙ quel3 ei⁹ ꝑs sit ꝯcedenda: eo ꝙ scđa est
neganda. ⁊ cū dr̄ ꝙ ē vera ⁊ impertinens:
ꝯcedo ꝙ ē vera: sed nō ē impertinēs imo
ē repugnans: q᷑ suū ꝯtradictoriū sequitur
ex posito ⁊ opposito bn̄ negati. nam seqt.
tu nō es rome vel tu nō es alb⁹. sed tu es
rome per positū. ergo tu non es alb⁹. Si
aūt imediate post positū ꝓponeret. tu es
albus: ꝯcederē eā: q᷑ vera ⁊ impertinens.
ꝯn̄r ꝯcederem istā copulatiuā. tu es rome
⁊ tu es albus: tanq3 sequentē ex suis par-
tibus ꝯcessis. Itē arguo ꝯtra eandē regu
la3. ⁊ pono tibi istā. oīs homo ē rome. qua
admissa ꝓpono. tu es homo: ⁊ tu es rome
hec copulatiua ē neganda. q᷑ falsa ⁊ im-
pertinēs. deinde ꝓpono. tu es homo. ista

ē ꝯcedenda: q: vera ⁊ impertinēs. Ulterius ꝓpono alterā partē. tu es rome. ⁊ pꝫ ꝙ hec similiter ē ꝯcedenda: q: sequēs ex posito ⁊ vno ꝯcesso. v. g. Oīs homo est rome. tu es homo. ergo tu es rome. ⁊ ita habeo intentū: ꝙ copulatiua ē negāda: ⁊ tamen quelibꝫ eius pars est ꝯcedenda. ¶ Respondet admittendo positū ⁊ negando copulatiuā. ⁊ cū ꝓponit. tu es homo. nego. q: repugnat posito cū opposito bene negati. q: suū ꝯdictoriū seqtur. Nā sequitur oīs homo ē rome. ⁊ tu non es homo vel tu non es rome. ergo tu nō es homo. patꝫ ꝯña. q: ꝯsequens sequitur ex posito ⁊ q̄libet parte disiunctiue. ergo seqtur ex posito ⁊ tota disiunctiua. patet consequentia ⁊ aūs simil̄r pꝫ intuenti. quare ⁊c.

Capi. tertium.

In materia ꝯuertibilitatis ꝓpōnū ꝓponit hoc sophisma. pono tibi istā. deus ē. ⁊ homo ē asinus: ꝯuertūtur. qua admissa. q: possibilis ꝓpono. deus ē: ꝯcedat. q: necessarium per se. deinde ꝓpono. hō ē asinus: vel ꝯcedis vel negas. si ꝯcedis. Cōntra cedat tp̄s obligatōis. ⁊ ostendo tibi ꝙ tu ꝯcessisti impossibile per se in tempore obligationis. ergo male rñdes. vnde extra tp̄s obligatiōis semꝑ rei veritas ē fatenda. q: per hūc moduꝫ apparet si respondens bene vel male respōdebat in tempore obligationis. Si auteꝫ in tempore obligationis neget illa. homo ē asinus. Cōtra. deus ē. ⁊ homo ē asinus: ꝯuertunt. ⁊ hec ē ꝯcedēda. deus ē. ergo hec ē ꝯcedenda. homo ē asinus. ⁊ tu negas eā. ergo male rñdes. Itē admisso isto casu ꝓpono. hec ē vera. deus est. dꝫ ꝯcedi. q: verū ⁊ impertinens. deinde hec ē vera. hō ē asinus. hec ē ꝯcedenda. q: sequens. Naꝫ seqtur ille ꝯuertunt: ⁊ p̄ma ē vera. ergo ⁊ scḋa. ⁊ tūc sic. ista ē vera. hō ē asinus: q̄ adeq̄te significat hoiem esse asinū. ergo hoiem eē asinuꝫ ē verū. ⁊ per ꝯñs hō ē asinus. ¶ Ad primuꝫ rñdetur admittēdo casuꝫ: ⁊ cū ꝓponitur. deus est: ꝯcedo: ⁊ nego istā. hō ē asinus. ⁊ tūc ad argumentū: ꝯcedo ꝙ hō ē asinus ē a me ꝯcedendū: ⁊ ad argumentū improbans. nego ꝯñam. sꝫ oꝫ addere ꝙ tu nō es obligatus: qḋ nego. Et si arguit. hō ē asinus: ē a te ꝯcedendum. ⁊ hō ē asinus: ē per se impossibile. ergo per se impossibile ē a te ꝯcedēdū. nego minorē tanq̄ꝫ repugnantē maiori ꝯcesse. Eodē mō rñdetur si primo loco ꝓponatur ista. homo ē asinus ē a te ꝯcedēdum. ꝙ ꝯcederet ⁊ cōsequenter diceret. ꝙ ista. deus ē. ē a te negāda: ⁊ negaretur ꝙ esset necessaria per se: q: repugnat cōcesso. Seqtur enim deus ē. ē a te neganda ergo non ē necessaria per se. ¶ Ad secundum concedo ꝙ illa ē vera. homo ē asinus ⁊ nego ꝙ ipsa significet adequate hoiem esse asinuꝫ. q: repugnat maiori concesse. seqtur eniꝫ illa est vera. homo est asinus. ergo non significat adequate homineꝫ eē asinum. Ubi autem primo loco preponeretur ista. homo ē asinus ē falsa: ꝯcederet q: verū ⁊ impertinens. deinde deus ē ē falsa. ꝯceditur: q: sequens: ⁊ negatur tanq̄ꝫ repugnans: ꝙ significet adequate deum eē. Et si diceretur. Qualiter adequate significat: Non determinatur hic aliqua talis questio. ¶ Notanduꝫ: ꝙ si poneretur cōuerti. deus ē. ⁊ homo ē asinus. sic adequate significādo vt prius: nō dꝫ admitti casus. q: eo admisso sequitur inconueniens: vel cōtradictio. probatur. nam admisso illo: propono: hec ē vera. deus est. vel concedis: vel negas. Si negas. contra. ista nō ē vera. deus est. que adequate significat deuꝫ esse. ergo deum esse non ē verum: quod ē impossibile. Si autem conceditur. deide propono. hec est vera. homo ē asinus. oꝫ concedere tanq̄ꝫ sequens: tunc arguitur sic. ista ē vera. homo est asinus: que adequate significat hominem esse asinum. ergo verum ē hominem esse asinum. consequens autem ē impossibile. ¶ Pro aliq̄li ergo responsione in hac materia: pono aliquas regulas: quarum prima est ista.

Quandocunq̄ꝫ ponitur duas propositiones conuerti adequate significando: quarum vna ē necessaria: ⁊ alia impossibilis: non admittitur casus iste. quia tunc ex necessario sequeretur impossibile: vt deus ē. ergo homo est asinus: ⁊ demonstrato per ly. sic adequate significādo: significata cōsueta. ¶ Secunda regula est ista. Quandocunq̄ꝫ ponitur duas ꝓpōnes conuerti

sic adequate significãdo: quaꝝ vna ẽ possibilis ⁊ alia ipossibilis nõ admittitur casus iste. vt si ponatur istas ꝯuerti sic adequate significãdo. tu es hõ. ⁊ homo ẽ asinꝰ: nõ admittat. q̄ꝛ tũc ex possibili seqt̃ impossibile. ꝓbatur ⁊ pono casuꝫ illũ: quo admisso: facio istam ꝯñam. tu es hõ. ℊ homo ẽ asinus. ꝯña bona: añs ẽ possibile: et ꝯñs impossibile. nã po'e ẽ te esse hoiem. ⁊ hec ꝓpõ. tu es hõ. sic adequate significat. ergo ipsa ẽ possibilis. ⁊ ẽ añs. ℊ añs ẽ possibile. Sil'r hoiem eẽ asinuꝫ eẽ ipo'e. ⁊ ista ꝓpõ. hõ ẽ asinꝰ. sic adequate significat. ergo ipsa ẽ impossibilis. ⁊ ẽ ꝯñs. ergo ⁊c.

¶ Tertia regula ẽ ista. Qñcũqꝫ ponitur duas ꝓpões ꝯuerti sic adequate significando: quarum vna ẽ nec̃ia: ⁊ altera ꝯtingens: nõ admittiur iste casus. vt si ponit̃ istas ꝯuerti. deus ẽ. ⁊ antixp̃s ẽ futurꝰ: sic adequate significãdo. q̄ꝛ tũc ex nec̃io seq̃retur ꝯtingens. ꝓbatur. q̄ꝛ si non. admittatur casus iste: ⁊ facio istam ꝯñam. deus ẽ. ℊ antixp̃s ẽ futurus. ista ꝯña ẽ bona. q̄ꝛ arguitur ab vno ꝯuertibili ad reliquum. ⁊ añs ẽ nec̃ium: ⁊ ꝯñs ꝯtingens. sed ꝓbat̃ ꝙ añs sit necessariũ. nã deũ esse ẽ nec̃ium ⁊ añs sic adequate significat. ℊ añs ẽ necessariũ. Similiter antixp̃m eẽ futuꝝ ẽ cõtingens. ⁊ ꝯñs sic adequate significat. ergo ꝯñs ẽ ꝯtingens. ¶ Quarta regula est ista. Quãdocunqꝫ ponit̃ duas ꝓpões cõtingentes ꝯuerti sic adequate significãdo quaꝝ vna contradictorie alteri repugnat non admittatur casus iste . vt si ponatur istas conuerti sic adequate significando. tu es. ⁊ tu non es. q̄ꝛ tunc ex vno opoositorum seqtur reliquum: quoꝝ q̄õlibet fõret ꝯtingens: imo seqtur ꝙ duo ꝯtradictoria forent simul vera aut simul falsa: q̄õ non ẽ possibile. Et notãter dico: contradictorie q̄ꝛ si repugnarẽt ꝯ̃rie deberet admitti casus ⁊ dici quamlibet istarum esse falsam. vt tu curris. ⁊ tu nõ moueris. he eniꝫ sic adequate significando nõn possunt esse simul vere: sed bene simul false. Voco eniꝫ contradictorie illa repugnare: que nõ possunt eẽ simul vera nec simul falsa: sic adequate significando: Et contrarie repugnare: voco illa que bene possunt esse simul falsa, sed non simul vera. ¶ Quinta regula ẽ ista. Quandocunqꝫ ponitur duas propões contingentes conuerti sic adequate significando. quarum nulla alteri repugnat: admittitur casus ille: ⁊ ad primam propositam respondeatur sicut ad impertinens. Ad scđam vero sicut ad pertinẽs sequens. ver. g. pono tibi istã. tu es hõ. ⁊ tu curris ꝯuertũtur sic adequate significãdo: admittat̃: ⁊ si ꝓponit̃. tu es homo: ꝯcedatur tanq̄ꝫ veꝝ nõ repugnans. ⁊ ꝯñr ꝙ illa ẽ vera. tu curris tãq̄ꝫ sequens. Item si variat̃ ordo: ita ꝙ p̃mo loco proponat̃ . tu curris. negatur. q̄ꝛ falsa ⁊ impertinens ⁊ ꝯsequenter neganda ẽ illa. tu es homo. Et si dicatur ista ẽ falsa. tu curris. cõcedatur. ⁊ consequenter ꝙ ista ẽ falsa. tu es homo. ¶ Sexta regula ẽ ista. Quandocunqꝫ ponitur duas propões conuerti: siue sint contingentes: siue non contingentes: non faciendo mentionem de adequato significato admittatur casus: ⁊ ipsis propositis quo ad concedere vel negare respondeatur intus sicut extra. sed si prima conceditur esse vera vel necessaria. ⁊ secunda similiter. Si autem falsa: vel impossibilis. ⁊ secunda similiter. verbi gratia. si ponitur ista. deus est. ⁊ homo est asinus Rñdeatur: sic responsuꝫ est i principio. sꝫ si pono tibi istam. tu es homo. ⁊ tu curris. conuertuntur: admittatur: qua admissa: ꝓpono. tu es homo. cõcedatur. deinde. tu curris. negatur. Sed si dicitur prima est vera. concedatur. ergo secunda est vera concedo. sed tunc nego ꝙ secunda significet adequate te currere tanq̄ꝫ repugnans vni concesso ⁊ opposito bene negati. seqtur enim. tu non curris. ⁊ ista. tu curris est vera. ergo non significat adequate te currere. Et si arguitur sic. ista consequentia ẽ bona. tu es homo. ergo tu curris . ⁊ antecedens est concedendum a te. ergo ⁊ consequens concedo. tunc vltra . ꝯsequens ẽ concedendum a te. ⁊ tu negas ipsum. ergo male respondes. Respõdeo ꝙ non valet consequentia. sed oportet addere i antecedente. ⁊ tu non es obligatus. ¶ Notandum ꝙ quociensCunqꝫ proponitur aliqua istarum consequentiarum in casu cõuertibilitatis deus est. ergo homo est asinus. tu es homo. ergo tu curris, semper

negetur quelibet istarum. q2 in rei verita te quelibet istaruȝ est impossibilis. sed ad impossibile respondendum est intra tempus obligationis sicut extra. tamen dicatur quamlibet illarum esse bonam. sicut sp negatur ista. homo est asinus. ⁊ tamen aliquando conceditur istam esse veram. vnde ista. homo est asinus. est impossibilis. sed ipsam esse veram non est impossibile. Similiter quelibet istaruȝ consequentiarum est impossibilis. sed quamlibet illarũ esse bonam non est impossibile. q̃re ⁊c.

Capi. quartum.

De similibus ⁊ dissimilibus propositionibus est dõm. Sit ergo rei veritas ꝙ sis parisius. ⁊ pono tibi istam. tu es parisius: ⁊ tu es rome: sũt similia. Et intelligo per propositiones eẽ similes ipsas eẽ sil'es i veritate vel falsitate: qua admissa propono tibi istã. tu es parisius. hec ẽ ↄcedenda. q2 vera ⁊ impertinens vt patet intuẽti. Deinde ꝓpono. tu es rome. si negas. ⁊ ↄcesisti alterũ similiũ. ergo male rñdes. Si ↄcedis. ꝓpono tibi istã copulatiuã. tu es parisius. ⁊ tu es rome. Si negas eam. ⁊ ↄcesisti vtranqȝ ptẽ g̊ male rñdes. tenet ↄña per regulaȝ pⁱmi capituli. Si ↄcedis eã. cedat tp̃s obligationis. ⁊ arguo ꝙ ↄcessisti impossibile. videlicet. tu es parisius. ⁊ tu es rome. facta obligatione possibili. ergo male respondisti. ¶ Respondetur admittendo positum ⁊ cum proponitur. tu es parisius: ↄcedo: ⁊ nego istam. tu es rome. Et cum dicitur. tu concessisti vnum similium: ⁊ alteruȝ negas. ergo male respondes. nego cõsequẽtiam. sicut nõ sequitur. tu ↄcessisti vnũ cõuertibiliũ: ⁊ alterꝝ negas. ergo male respõdes. Sed bene sequitur. tu cõcessisti vnũ similium esse verum: ⁊ alterum negas eẽ verum. ergo male respondes. ꝓpterea si in principio proponitur hec est vera. tu es parisius. concedatur. ⁊ consequenter ꝙ hec est vera. tu es rome. ⁊ quia primitꝰ negassem istam. tu es rome. ideo nego cõsequenter ꝙ illa. tu es rome: significȝ adequate te esse rome. Nam sequitur tu non es rome. ⁊ ista. tu es rome. est vera. ergo non significat adequate te esse rome.

¶ Ideo pro euidẽtia huius materie: pono aliquas regulas. Prima est ista. Quãdocunqȝ ponuntur due propositiones esse similes non faciendo mentionem de adequato significato: respondeatur ad easdẽ ↄcedendo: negando: vel dubitando. intra tempus obligationis sicut extra. vt si ponitur istas esse similes. deus est. homo est asinus. tu sedes. ⁊ tu curris. semper cõcedatur prima ⁊ negatur secunda. ¶ Secũda regula est ista. Quandocunqȝ ponuntur due propositiones esse similes non faciendo mentionem de adequato significato: ad primam propositionem esse verã vel falsam. Respondeatur intra tempus sicut extra. ⁊ ad secundam consequenter verbi gra. pono tibi illam. tu es homo. et antichristus est. sunt similes. si proponĩt primo hec est vera. tu es homo. concedatur. ⁊ consequenter ꝙ ista ẽ vera. antixp̃s est. Si autem primo proponitur. hec est falsa. antixp̃s est: concedatur. ⁊ consequẽter ꝙ ista est falsa. tu es homo. ¶ Tertia regula est ista. Quandocunqȝ ponunt̃ due propositiones esse similes sic adequate significando: quarum vna alteri contradictorie repugnat: non admittendus est casus ille. vt si ponantur tales esse similes. deus est. ⁊ homo est asinus. sic adequate significando. rex sedet. ⁊ nullus rex sedet probatur. quia si non: admittatur ergo casus. ⁊ quero. vtrum illa sit vera vel falsa. deus est. Et si dicatur ꝙ illa sit falsa. ⁊ ipsa adequate significat deum esse. ergo deum esse est falsum. Si dicatur ꝙ ipsa sit vera. ergo hec est vera. homo est asinus. ⁊ ipsa adequate significat hominem esse asinum. ergo hominem esse asinum est verum. consequens inconueniens. ⁊ ita arguitur de contradictoriis probando duo contradictoria esse simul vera vel falsa.

¶ Quarta regula est ista. Quandocunqȝ ponuntur due propositiones esse sil'es sic adequate significando: quarum vna vel quelibet sequitur ad contradictoriuȝ alterius: ille sunt similes in veritate. et

vbicũqȝ ⁊ quãdocũqȝ pponũtur sunt cõcedende. vt posito ꝙ ponãtur tales esse similes sic adequate significando: tibi ꝯcluditur. ⁊ tu nescis tibi concludi. tu nõ curris. ⁊ tu moueris, pbaꝛ. Nã admisso isto casu. quero vtrum iste sint siles vere: vel siles false: Si vere. habeo intentũ: si fl'e. ergo oppositũ scđe est ve℞. vȝ. tu scis tibi ꝯcludi. tũc sic. tu scis tibi ꝯcludi. g̃ tibi cõcluditur. illa ꝯña ẽ bona. ⁊ añs ẽ ve℞. g̃ ⁊ ꝯñs ẽ ve℞. ergo non ẽ falsũ: cui⁹ oppositũ concesisti. Et ita de aliis duab⁹ dicaꝛ.

¶ Quinta regula ẽ ista. Quãdocunqȝ ponuntur due ppões eẽ similes sic adequate significãdo: ex qua℞ vna seqtur oppositum alteri⁹: ille sunt similes in falsitate. ⁊ quecũqȝ sit pposita: semp est neganda: vt posito ꝙ iste eẽnt siles: sic adequate significãdo. tibi nõ ꝯcludiꝛ. ⁊ tu scis tibi concludi. tu es alb⁹. ⁊ tu nõ es colorat⁹. quo admisso: ppono: iste sunt false. si ꝯcedis habeo intentũ. si dꝛ ꝙ sint vere. arguo sic. tu es albus. ergo tu es colorat⁹. ista ꝯsequẽtia ẽ bona. antecedens ẽ ve℞: per te. ergo ⁊ ꝯñs. ⁊ ita duo ꝯdictoria fũt simul vera: quod nõ admittit imaginatio. ¶ Sexta regula ẽ ista. Quandocũqȝ ponũtur due ppões esse similes: sic adequate significãdo: qua℞ quelibȝ ẽ alteri impertinẽs: tũc possunt esse similes in veritate: ⁊ in falsitate concedende: ⁊ negãde. ver. g. pono: ꝙ iste sint similes sic adequate significando. tu es albus. ⁊ tu curris. Si primo pponitur. tu es alb⁹. ꝯcedatur ista. ⁊ dicaꝛ ꝙ est vera. ⁊ ꝯñter cõcedaꝛ ista. tu curris. ⁊ dicaꝛ ipsam esse verã. Si aũt pponitur pmo loco. tu curris. negaꝛ illa. et ꝯcedaꝛ ipsam esse falsam. ⁊ consequenter eodem mõ rñdeꝛ ad illã. tu es hõ. quare ⁊c:

Capi. quintum.

p Rpositiones dicũtur esse dissimiles qñ vna ẽ vera ⁊ reliqua falsa. ¶ Pro cui⁹ materie declaratiõe sit hec prima regula. Quandocũqȝ ponitur duas ppões esse dissimiles nõ faciẽdo mentionem de adequato significato: ad quãlibet propositam concedendo: vel negando: respondeatur infra tempus sicut extra. ver. g. pono ꝙ iste sint dissimiles. tu es homo. ⁊ tu es albus. isto põsito ꝯcedaꝛ quelȝ illa℞. ¶ Scđa regl'a. Qñcũqȝ poniꝛ duas ppões eẽ dissimiles nõ faciendo mentionẽ de adequato significato: ad pmo ppositã eẽ verã: vel falsã: respondeatur ĩfra tp̃s sicut extra. ⁊ ad aliam dissimiliter. v̈. gra. pono ꝙ iste sint dissimiles. tu es homo. ⁊ tu es animal: quo admisso: propono: hec ẽ vera. tu es homo: cõcedatur: ⁊ ꝯñr ꝙ ista ẽ falsa. tu es animal.

¶ Tertia regula. Quandocunqȝ ponitur duas ppões eẽ dissimiles sic adequate significando: qua℞ quelibȝ cũ altera ꝯuertitur: nõ admittendus ẽ casus. vt pᵃ cã est ⁊ deus est vel homo curriꝛ. ⁊ risibile currit. Nã si concediꝛ illam esse verã. pᵃ cã ẽ oȝ concedere istã esse falsã. deus ẽ. ⁊ sic ab vno ꝯuertibili ad reliquũ: nõ valet argumentũ. ¶ Quarta regula ẽ ista. Quando cunqȝ ponũtur due ppões esse dissimiles sic adequate significando: qua℞ vna ẽ necessaria ⁊ altera impossibilis: vel contingens: tunc necessaria semper ẽ concedenda: ⁊ altera neganda. vt deus est. ⁊ homo est asinus. deus est. ⁊ tu es. ¶ Quinta regula. Si ponuntur due ppões contingẽtes esse dissimiles sic adequate significando: quarum vna antecedit ad reliquam. ⁊ non econtra. antecedẽs vbicũqȝ proponitur semper ẽ negandum: ⁊ consequens ꝯcedẽdũ. vt tu curris. ⁊ tu moueris. Si eni ꝯcederet añs: oporteret ꝯcedere ꝯñs. ⁊ ꝯñr dicere quãlibȝ illa℞ esse vera℞. qđ ẽ ꝯtra casum. ¶ Sexta regula. si ponũtur due ppões esse dissimiles sic adequate significando. qua℞ quelibȝ ẽ alteri impertinens ad pmo ppositã respõdeaꝛ intus sicut extra: ⁊ ad aliã dissimiliter. vt posito ꝙ iste sint dissimiles sic adequate significando: tu curris. ⁊ tu es parisius. quecunqȝ illa℞ preponaꝛ primo dȝ negari. ⁊ alia ꝯcedi. ⁊ ita dicatur si ambe extra tempus essent vere. vt homo currit. ⁊ tu vides. quare ⁊c.

Capi. sextum.

r Egulas alias opposite speciei: q̃ depositio nuncupatur sequitur assignare. Qua℞ prima ẽ ista. Omne depositũ ⁊ admissũ infra tp̃s obligatio

nis propositum sep est neganduꝫ: vt si de
ponat̄ ista. aliquis homo ē rome. qua ad-
missa: ⁊ preposita semper ē neganda.
¶ Ex ista regula sequitur: ꝙ nunꝙ̄ ē ad-
mittendum necessariū per se in depōne.
Sed bene quodlibet impossibile: vel con
tingens. vnde negare ipossibile: vel ꝯtin
gens: nō ē inconueniens: sꝫ iconueniens
foret negare necessariū ꝑ se. ¶ Secunda
regula ē ista. Omne per se aīs ad deposi
tū: aut cū ꝯcesso vel cuꝫ ꝯcessis: opposito
bn̄ negati: vel oppositis bene negatoruꝫ:
semꝑ ē negandū. v̄. g. deposita ⁊ admissa
ista. hō currit. si ꝓponeret̄. ille hō currit:
negādā foret. qꝛ aīcedit ad depositū. Nā
bene seqtur. iste hō currit. ergo hō currit

Item si deponatur ⁊ admittatur ista.
aliqs homo nō currit. ⁊ ꝓponit̄. tu nō cur-
ris: ꝯcedat̄: qꝛ vera ⁊ impertinens. sꝫ ꝓpo
sita i scđo loco. tu es homo: neganda ē. qꝛ
cū vno ꝯcesso antecedit ad depositū. Nā
seqtur. tu nō curris. ⁊ tu es aliquis hō. g̊
aliquis hō non currit. ¶ Tertia regula ē
ista. Omne repugnans deposito: ⁊ omne
sequens ex illo repugnante: per se: aut cū
concesso: vel cū concessis: opposito bene
negati: vel oppositis bene negatoruꝫ: est
concedenduꝫ. ver. g. depono tibi istā. ali
quod aial nō currit. qua deposita ⁊ admis
sa: propono ei⁹ ꝯ̄dictoriū. s. oē aial currit.
hoc ē ꝯcedendum. ⁊ hoc similiter oē aial
mouet̄. qꝛ seqtur ex ꝯ̄dictorio d̄positi. De
inde si ꝓponitur. tu es aial. ꝯcedat̄. qꝛ ve
rum ⁊ ipertinēs. ⁊ vlteri⁹ illa. tu curris.
qꝛ seqtur ex ꝯtradictorio depositi cū ꝯces
so. seqtur eni. oē aial currit. tu es animal.
ergo tu curris. ¶ Quarta regula ē ista.
Oē repugnans ꝯ̄dictorio depositi: per se
aut cū ꝯcesso: ł cū ꝯcessis: cū opposito be-
ne negati: vel cū oppositis bene negato-
rum: est negandum: vt in casu priori.
Si ꝓponeret̄ illa. aliqđ animal non mo-
uetur. aut ista. tu nō curris: negat̄ prima
qꝛ repugnat ꝯ̄dictorio depositi per se. se-
cunda vero repugnat eidē cū vno conces
so. ¶ Ultima regula ē ista: Ad omne se-
quens ad depositum ⁊ ad omne imperti
nens respondendum est ꝓm sui qualitatē.
ver. g. depono tibi istaꝫ. tu es albus. qua
admissa: propono: tu es coloratus: conce
datur. qꝛ vera ⁊ sequens ad depositū. vn̄
nō est inconueniens negare antecedens:
⁊ cōcedere ꝯn̄s. Item si ꝓponitur ista. tu
es calidus: cōcedenda ē. qꝛ vera ⁊ iperti
nens: tā deposito: q̄ȝ ꝯtradictorio deposi-
ti. vnde proprie impertinens in hac spē
obligationis dicitur illud: qđ nō sequitur
nec antecedit ad depositum. nec idem re
pugnat. nec ē sequens ad oppositū depo-
siti. nec eidē repugnat per se: vel cū alio ł
cū aliquib⁹: vt dictuꝫ est. Ideo si deponi-
tur: ⁊ admittit̄ illa. sor. currit. ⁊ ꝓponatur.
pla. currit. respondeat̄ intus sicut extra.
qꝛ est propositio impertinens cum non se
habeat aliquo dictorum modorum.

Capi. septimum.

SOphismata aliqua sunt ponen-
da: vt depōnis regule magis pa
teant veritati. Depono ergo tibi
ꝑmo istā. tu es hō. vel tu es rome. q̄ de-
posita ⁊ admissa: ꝓpono. tu es hō: si ne-
gas. tu negas veꝝ ⁊ impertinēs. g̊ male.
si ꝯcedis ⁊ illđ ē aīs ad d̄positū. g̊ aīs ad
d̄positū ē ꝯcedēdū. ¶ Rn̄det̄ admitten
do depositū. ⁊ cū ꝓponit̄. tu es homo. ne
go. qꝛ aīcedit ad depositū tanꝙ̄ a ꝑte di
siunctiue ad totam disiunctiuā. ¶ Secū
do depono tibi istaꝫ. alique ꝓpōnes non
sunt vere: qua admissa ꝓpono. iste sūt pro
pōnes. tu curris. tu nō curris: ꝯcedendū
ē quia verum ⁊ impertinēs. Deinde ꝓpo
no duo contradictoria sunt vera. si nega
tur. ꝯtra: omnes ꝓpōnes sunt vere. sꝫ iste
sunt propositiones. ergo iste sunt vere. et
iste mutuo ꝯtradicunt. ergo duo contradi
ctoria sunt vera. ¶ Respōdet̄ negando
ꝙ ista sint contradictoria. qꝛ antecedit ad
depositum. Nam sequitur illa sunt cōtra
dictoria. ergo alique propositiones non
st̄ ve. ¶ Tertio depono tibi istā. antixp̄s
n̄ ē alb⁹ ł aīxp̄s ē colorat⁹. Si n̄ admittis
tra. illa est vna disiunctiua contingēs. qꝛ
quelꝫ pars ē contingens: ⁊ nulla alterī re
pugnat. ergo est admittenda. patet conse
quentia per primam regulam. qua admis
sa: propono tibi. antichristus ē coloratus.
si concedis: tu tu concedis antecedēs ad
depositum. ergo male respondes: Nam

sequit̃. antixp̃s ē coloratus. ergo antichrist⁹ nō ē alb⁹. vel antixp̃s ē colorat⁹. p3 consequentia a parte disiunctiue ad totā disiũctiuã. Si vero negas. tu negas sequens ex ꝯtradictorio depositi. ergo male respõdes. añs ꝓbatur. Nam seqtur. antixp̃s ē albus: ⁊ antixp̃s nō ē coloratus. ergo antichristus est albus. p3 ꝯsequentia a tota copulatiua ad alterã ei⁹ ptẽ. ⁊ vltra. antixp̃s ē albus. ergo antichristus ē colorat⁹. pat3 ꝯsequentia ab inferiori ad suu3 superi⁹ sine impedimento. ergo a p̃mo ad vltimũ: antixp̃s ē alb⁹. ⁊ antixp̃s nō ē coloratus. ergo antixp̃s ē coloratus. ¶ Respondet̃ nō admittendo positũ. q2 ē vna disiunctiua necessaria: eo ꝙ suũ ꝯtradictoriũ ē impossibile. v3. antichrist⁹ ē alb⁹: ⁊ antixp̃s nō ē colorat⁹. Et tunc ad argumentũ. quelibet eius pars ē ꝯtingens: ⁊ nulla alteri repugnat. ergo illa disiũctiua ē ꝯtingens. nego ꝯñā: s3 o3 addere in añte: ꝙ nec cõtradictoria illaꝝ partiũ inuicẽ repugnãt. ⁊ hoc ē falsũ. q2 iste repugnant inuicẽ. antixp̃s ē alb⁹. ⁊ antixp̃s nō ē colorat⁹: q̃ sũt ꝯtradictoria ptiũ disiunctiue. ¶ Quarto depono tibi istã. tu es. ⁊ omne tibi depositũ ē a te negandũ. quo admisso ⁊ negato: ꝓpono omne tibi depositũ ē a te negãdũ. Si ꝯceditur ꝓpono tibi illã. tu es. ⁊ p3 ꝙ ē negãda: ex quo copulatiua ē neganda ⁊ altera pars ē ꝯcedenda. Deinde ꝓpono. nullũ tibi depositũ ē a te negandũ: si ꝯcedis tu ꝯcedis oppositũ regule ⁊ vni⁹ concessi. ergo male. añs ꝓbatur. nam seqt̃. tu nõ es. ergo nullũ tibi depositũ ē a te negãdũ. p3 ꝯñã. quia ꝯtradictoriũ ꝯñtis repugnat añti: ex quo asserit te eẽ. ¶ Rñdetur negando: ꝙ oẽ tibi depositũ sit a te negandũ. q2 añcedit ad depositũ. seqtur .n. omne tibi depositũ est a te negandũ. ergo tu es. ⁊ oẽ tibi depositũ ē a te negandu3. p3 ꝯña a parte copulatiue ad totã copulatiuã: c⁹ añs añcedit ad alterã ptẽ. Et si dr̃ tu negas regulã. dicat̃ ꝙ illa nõ est regula: sed ista. Oẽ depositũ admissũ ē negandũ. Vel aliter dr̃: ꝙ quelib3 regula ē ꝯtingẽs. q2 ad placitũ facte sunt ille regule. ergo q̃lib3 talis ē deponẽda ⁊ admittenda in depõne: vel neganda: qua negata. dr̃ ꝙ illa nõ est regula. nõ tãq̃ꝫ veꝝ: s3 tanq̃ꝫ repugnãs seqtur. n. nõ omne tibi depositũ ē a te negandũ. ergo illa nõ ē regula. Oẽ tibi depositũ est a te negandũ. quare ⁊c.

¶ Explicit tractatus qu intus obligatorie artis. Et incipit sextus qui insolubiliũ nuncupatur.

Capi. primum.

Insolubile est, ꝓpõ se esse falsa3 assertiue significans. vt hoc est falsum: seipsa demõstrata. In insolubilib⁹ tñ ē dria quo ad significare seip̃m esse falsu3. qm̃ aliquod insolubile significat imediate seipsum esse falsum. vt hoc est falsũ. seipsa demonstrata. Aliqđ aũt mediate. q2 exigitur mediũ ad inferendũ se esse falsum. vt ois ꝓpõ ē falsa. q2 nõ sequitur imediate. ergo ista propositio ē falsa: demonstrando illam vniuersalẽ. sed bñ sequitur cum tali medio. ⁊ illa est ꝓpositio. Similiter dicendo. hoc non ē veꝝ. ista nõ asserit imediate se esse falsam. q2 non seqtur. hoc no est veꝝ. ergo hoc est falsũ. demõstrando antecedens: q2 ex negatiua nõ seqtur affirmatiua. tamẽ bñ sequitur cũ tali medio ⁊ hec est ꝓpõ. ¶ Pro declaratõne predicte diffinitionis pono duas diuisiones. quarum p̃ma est ista. Insolubiliũ aliqđ oritur ex actu nostro. Aliquod vero ex ꝓprietate vocis. Insolubilia ortum habẽtia ex actu nostro sunt ista. sor. dicit falsũ. ego nõ dico veꝝ. Iste hõ intelligit falsu3: Tu nõ intelligis veꝝ. Insolubilia v° ortũ habẽtia ex proprietate vocis sunt ista. Ois ꝓpõ ē falsa. Nulla ꝓpõ ē vera. Hoc ē falsũ. Hoc non ē veꝝ. ¶ Scđa diuisio ē illa. Insolubiliũ aliqđ ē isolubile simpliciter. aliqđ vero ꝫm quid. Insolubile simpliciter ē illud cui ãnectit̃ casus: quo admisso seqtur ꝯdictio. ver. g. pono ꝙ ista ꝓpõ. nulla ꝓpõ ē vera: que sit. a. significet p̃cise sicut termini p̃tendunt. v3. ꝙ nulla ꝓpõ sit vera. ⁊ sit ois ꝓpõ. Isto posito quero vtꝝ. a. sit veꝝ vel falsũ. Si veꝝ. ergo significat p̃cise sicut ē. s3. a. significat p̃cise:

ꝙ nulla ꝓpõ ẽ vera. ğ nulla ꝓpõ ẽ ve ra. ğ. a. nõ ẽ ver: ⁊ pri⁹ dixisti, ꝙ erat ver ergo ꝯdictio. Si dr̃ ꝙ. a. ẽ falsũ. ğ. a. signi ficat aliter q̃ꝫ ẽ. sed. a. significat precise ꝙ nulla ꝓpõ ẽ vera. ğ nõ ẽ ita ꝙ nlla ꝓpõ ẽ va. ğ aliq̃ ꝓpõ ẽ vera. ⁊. a. est ois ꝓpõ. ğ a. est ver. Et pri⁹ dixisti ꝙ erat falsũ. ğ cõ tradictio. Insolubile scđm qd ẽ illõ cui ãnectit̃ casus: quo admisso nõ seqtur ꝯdi ctio: vt ponẽdo ꝙ ista ꝓpõ. nulla ꝓpõ ẽ vera: sit. a. ⁊ sit ois ꝓpõ. ⁊ significet sic termini ꝑtendũt: nõ ponẽdo ly. ꝑcise. isto posito. dicit̃ ꝙ. a. ẽ falsum. q: significat se eẽ falsum. Et si arguatur sic. a. est falsum. ergo. a. significat aliter q̃ꝫ est. sed. a. signi ficat ꝙ nulla ꝓpõ est vera. ergo non est ita ꝙ nulla ꝓpõ est vera. Nego ꝯñam: q: debuit addi in ãñte dictio exclusiua vł̃ exceptiua. vꝫ. a. significat precise ꝙ nulla ꝓpõ est vera. vel. a. nõ significat nisi ꝙ nulla ꝓpõ ẽ vera. ⁊ hoc negatur tanq̃ꝫ repugnans. quia si poneretur cum casu: non admitterem illum casuꝫ. ¶ His pre missis diuisionib⁹ pono aliquas regulas: quarum prima est ista. Omne insolubile singulare. sine pronomine demonstratiuo oriens ex actu nostro ad hoc ꝙ sit insolu bile simpliciter exigit tres conditiones. Prima: ꝙ vna talis sit omnis talis. Se cunda: ꝙ dicat vel intelligat taleꝫ propo sitionem: ⁊ nullam aliam. Tertia: ꝙ illa si gnificet precise sicut termini pretendũt. ver. g. sor. dicit falsum: sit insolubile sim pliciter isto modo: ponendo ꝙ vnus sor. sit ois sor. qui dicat istam propositionem ⁊ nullam aliam. Sor. dicit falsuꝫ: que signi ficet sic precise ꝙ sor. dicit falsum. proba tur hoc. nam admisso casu. Sit insolubile . a. Et quero vtrum. a. sit ver vel falsuꝫ. si dicitur ꝙ ver. ergo significat precise si cut est. sed. a. significat precise ꝙ sor. dicit falsum. ergo ita est ꝙ sor. dicit falsum. sed sor. non dicit nisi. a. ergo. a. est falsum: qđ est oppositũ concessi. Si dr̃ ꝙ. a. sit f̃lm. ergo significat aliter q̃ꝫ est. sꝫ. a. significat precise ꝙ sor. dicit falsum. ergo non ita est ꝙ sor. dic̃ fl̃ꝫ. ⁊ sor. dic̃ solũ. a. ğ. a. ñ ẽ fl̃ꝫ. ergo contradictio. Prima particula po nitur: q: si non poneretur: staret ꝙ essent duo sor. quorum vnus diceret. a. ⁊ alter ꝙ homo ẽ asinus. ⁊ tunc. a. esset ver. Se cunda particula ponit̃: q: aliter: staret ꝙ idem sor. diceret. a. ⁊ istam. hõ est asin⁹. ⁊ tunc. a. esset verum. Sꝫ tertia ponitur. q: si non poneret̃: staret ꝙ. a. significaret solũmõ ꝙ hõ est asin⁹. ⁊ sic. a. eẽt falsũ. aut ꝙ significaret solũmõ ꝙ homo ẽ animal. ⁊ sic. a. esset verum. ⁊ nullo istorum modo rum esset insolubile. Secunda regula est ista. Omne insolubile singulare: sine pro nomine demonstratiuo: oriens ex actu no stro: ad hoc ꝙ fiat insolubile ꝭm quid: exi git easdem conditiones: preter dictioneꝫ exclusiuam. vt posito ꝙ vn⁹ sor. sit ois sor. ⁊ dicat istam propositioneꝫ. que sit. a. sor. dicit falsum ⁊ nullam aliam. ⁊ significet si cut termini pretendunt: non ponendo pre cise. isto posito conceditur. a. ⁊ dicitur ꝙ ẽ falsuꝫ: q: significat copulatiue sicut ⁊ qđ libet insolubile. vꝫ. ꝙ sortes dicit falsũ. ⁊ ꝙ. a. ẽ verum. nõ ergo dicit̃. a. falsum rõe primi significati: sed rõne secundi. Et si arguit̃ sic. a. est falsũ. ergo significat aliter q̃ꝫ ẽ. ꝯcedo ꝯñam ⁊ nego istã. a. significat aliter q̃ꝫ ẽ. sed. a. significat ꝙ sor. dicit fal sum. ergo nõ ẽ ita ꝙ sor. dicit falsum. q: de buit addi i antecedẽte dictõ exclusiua: vł̃ exceptiua. ¶ Tertia regula est ista. Omne insolubile non singulare: seu singu lare cum pronomine demonstratiuo: ori ens ex actu nostro: ad hoc ꝙ fiat insolubi le simpliciter: requiruntur due conditio nes solummodo. verbi gratia. ad hoc ꝙ ista propositio. ego dico falsum: fiat insolu bile simpliciter: non oportet ponere pri mam particulam: videlicet. ꝙ vnus ego sit omnis ego. sed quod ego dicam illam ⁊ nullam aliam: sic significando precise. Et si debet fieri insolubile secundum qd: requiruntur. ⁊ sufficiunt eedem conditio nes dempta dictione exclusiua. Exem plum de insolubili non singulari: vt falsũ dicitur. Hic non oportet ponere secundã particulam. videlicet. ꝙ aliquis dicat il lam ⁊ nullam aliam. sed sufficit ponere ꝙ ista ista sit omnis propositio: que significz

significet precise sic termini pretendunt. ⁊ tūc ē insolubile simplr̄. fiet āt insolubile ſm qd: remouendo dictionē exclusiuā.
¶ Quarta regula ē ista. Oē insolubile oriens ex ꝓprietate vocis exigit duas conditiones solūmō: vel tm̄ vnā. volo dicer̄ ꝙ īsolubile oriens ex ꝓprietate vocis exigit duas ꝯditōes solūmō: ⁊ aliqđ tm̄ vnā. Exemplū pmi. aliq̄ ꝓpō ē falsa. ad h̄ ꝙ fiat insolubile simplr̄: oꝫ ponere ꝙ illa sit ois ꝓpō: ⁊ ꝙ sic significet p̄cise: ⁊ remota dictione exclusiua: fiet insolubile ſꝫ qd. Exemplū scđi. h̄ ē flm: seipso demōstrato: ponēdo solūmō ꝙ sic significet p̄cise: fit isolubile simplr̄. ⁊ ſm qd remouendo dictionem exclusiuā. Eodē mō dr̄ đ ista. h̄ nō ē vex: seipso demonstrato. ¶ Quinta regula est ista. Omne isolubile qđ nō ē insolubile sine casu: dimissa aliqua ꝯditōe reqsita: est penit⁹ dubitabile. ver. g. positis oib⁹ particulis p̄ter pmā huic. sor. dic̄ falsū. que sit .a. dubitat̄. a. ⁊ ēt an sit vex: vel. a. sit falsuꝫ. Nā stat cū casu ꝙ sit vex: dato ꝙ vn⁹ sor. diceret illā. s. a. ⁊ ali⁹: ꝙ deus ē. Stat ēt ꝙ sit falsū: dato ꝙ vn⁹ sor. dicat: a. ⁊ qlibet ali⁹ sor. ꝙ deus ē. Eodē modo si dimitteret̄ scđa: vel tertia particula. qꝛ staret .a. esse vex. ⁊. a. esse falsū. vt exemplificatū ē supra. Et notāter dixi. omne insolubile qđ nō ē insolubile sine casu. qꝛ aliqđ est insolubile cū casu: ⁊ aliqđ sine casu. Exēplum primi. ois ꝓpō ē falsa. nll'a ꝓpō ē vera: quax quālibꝫ dico esse falsam: ⁊ insolubile nullo cāu posito. Exemplū scđi sor. dicit falsū. tu itelligis falsū. nulla istax nẗcu panda ē insolubilis sine casu. Jđ in casu isolubiliū deficiente aliqua ꝑticula necīa: dubitat̄ vtrū eēt vera vel vtrū sit falsa. qꝛ cū casu staret ꝙ eēt vera: ⁊ cū eodeꝫ casu staret ꝙ eēt falsa. vt pꝫ intuēti. ¶ Ex predictis regulis sequūtur due ꝯclusiones: quax pma ē ista. Nūq̄ admittendus ē casus a quo trahit originē insolubile simpliciter. vt si poneret̄ ꝙ illa. ois ꝓpō ē falsa. esseꝫ ois ꝓpō sic p̄cise significās. nō ē admittendus casus. qꝛ seqtur ꝯ̄dictio. ꝓbat̄ naꝫ sit insolubile. a. ⁊ quero si. a. sit vex: si dicitur ꝙ sic. g̊ significat precise sicut ē. sed .a. significat p̄cise ꝙ ois ꝓpō ē falsa. g̊ ita ē ꝙ ois ꝓpō ē falsa. Sꝫ. a. ē ꝓpō. g̊. a. est falsum. Si autem conceditr̄ ꝙ. a. est falsum. g̊. a. significat aliter q̄ꝫ ē. Sꝫ. a. significat p̄cise ꝙ ois ꝓpō ē falsa. g̊ nō ē ita ꝙ ois ꝓpō ē falsa. ⁊ aliqua ꝓpō ē. g̊ aliqua ꝓpō ē vera. sꝫ. a. ē ois ꝓpō. g̊. a. ē vex. qđ ē ꝯ̄dictio. ¶ Scđa ꝯclusio. Ois casus ex q̊ originat̄ isolubile ſm qd: ē admittēdus. ⁊ cōceditur insolubile ꝓpositū: dn̄do ipꝫ eē flꝫ vt ponēdo ꝙ illa ꝓpō. hec ē falsum: seipso demonstrato: significet sicut termini p̄tendunt. que sit. a. tunc admittatur casus. et concedatur. a. ⁊ dr̄ ꝙ. a. est falsuꝫ. Et si arguitur. a. est falsum. ergo significat aliter q̄ꝫ ē. sed. a. non significat nisi ꝙ hoc ē flm. ergo non est ita ꝙ hoc ē falsuꝫ. nego minorem. ⁊ si dicitur. Quid ergo aliud significat: Dicitur ꝙ significat. a. esse vex: rōne cuius. a. est falsum. vnde dictū ē ꝙ qđlibꝫ insolubile ſm quid: significat copulatiue. s. sicut termini pretendunt: ⁊ ꝙ ipsum est verum. quare ⁊c.

Capi. secundum.

Contra p̄dicta obiiciam ⁊ soluam: vt insolubiliū difficultates meli⁹ menti inotescāt. Pono ergo pmo ꝙ vnus sor. sit omnis sor. ⁊ dicat istā ⁊ nullam aliam. que sit. a. sor. dicit falsū. que significet sicut termini pretendunt: non ponendo precise. qꝛ casus non admitteret̄. isto posito: quero de. a. vtrum sit verum vel falsum: ⁊ responsum ē ꝙ ē falsum. qꝛ significat significatum falsuꝫ. vꝫ. ꝙ sor. dicit falsum. ⁊ ꝙ. a. est verum. cuius significationis secunda pars est falsa. sed ꝓbat̄ ꝙ ipsum. a. sit veruꝫ. ⁊ probo sic. omne dicens. a. dicit falsum. sor. dicit. a. ergo sor. dicit falsum. ista consequentia est bona. qꝛ est syllogismus in tertio prime figure. et antecedens verum: ergo ⁊ consequens ē verum. ⁊ consequens est. a. g̊. a. est vex. ¶ Secundo arguitur sic. falsum dicit̄ a sor. ergo sor. dicit falsum. tenet ꝯsequētia a passiua ad suam actiuam. ⁊ antecedēs est verum. ergo ⁊ consequens est verum. ⁊ consequens est. a. ergo. a. est verum. ꝙ antecedens sit verum. ꝓbatur. nā

hoc dr̄ a sorte demōstrando .a. ⁊ hoc ē falsum. ergo falsuꝫ dr̄ a sor. pꝫ ꝯña: a resoluētib⁹ ad resolutū. Tertio arguiẗ sic. Contradictoriū .a. ē falsum. ergo .a. ē verꝫ. tenet ꝯña. ⁊ añs ꝓbaẗ. Nā hoc ē falsū. sor. ñ dicit falsū. ⁊ hoc ē ꝯtradictoriū .a. ergo cōtradictoriū .a. ē falsū. tenet ꝯña cū minori: ⁊ maiorē probo. nā sor. dicit falsum. ⁊ hec sor. nō dicit falsuꝫ significat ꝑcise ꝙ sor. nō dicit falsum. ergo ip̄a ē falsa. pꝫ ꝯña a simili. Nam seqtur. tu curris: ⁊ hec. tu nō curris: significat ꝑcise ꝙ tu nō curris. g̊ ip̄a ē falsa. Ad primū rn̄detur cū ꝓponiẗ .a. ꝯcedo: ⁊ dr̄ ꝙ ē falsum. ⁊ tūc ad rōnem cōcedo ꝯñam ⁊ ꝯñs. ⁊ nego ꝙ ꝯñs sit .a. sed ē vnū simile .a. Et si poniẗ ꝙ ꝯñs sit .a. vl' ꝯuertibile cū .a. dico tūc: ꝙ ꝯña nō valet: nec ē syll's ī tertio ꝑme figure. q: syll'i i tertio ꝑme figure ꝯclō dꝫ solūmō cathegorice significare. sed ista ꝯclō significat ypothetice. q: ē ꝓpō insolubil'. Ad scd̄ꝫ: cuꝫ dr̄. falsum dr̄ a sor. ergo sor. dicit falsuꝫ: cōcedo ꝯñam ⁊ ꝯñs: dicēdo ꝙ ē verꝫ. sꝫ nō ē .a. nec secū cōuertibile. si tamē hoc ponatur i casu: ꝯcedo iterꝫ ꝯñam: ⁊ dico ꝙ non valet. ⁊ tūc ad rōnem. a passiua ad suam actiuā valet argumentuꝫ: dr̄ ꝙ verꝫ ē. sed ista nō ē sua actia. q: passiua significat solūmō cathegorice: ⁊ actiua ypothetice.
Et si q̄ritur. que ē sua actiua: dico ꝙ ista. sor. dicit falsum. ꝓlata a te vel a me: q̄ nō ē ꝯuertibilis cū .a. sꝫ solū similis .a. Ad tertiū: dr̄ ꝙ ꝯtradictoriū .a. ē verꝫ. sed non ē istud sor. non dicit falsum. sed illd̄. ñ sor. dicit falsū. qd̄ ē verꝫ. q: significat disiūctiue ꝙ sor. nō dicit falsū. vel ꝙ .a. nō ē verꝫ cui⁹ significati scd̄a ps ē vera. ⁊ ꝯñr totuꝫ significatū disiunctū. qr̄ ⁊ ꝓpō dc̄a ē vera. cui⁹ istud ē significatū. Et si diciẗ: ꝙ in singularib⁹ nō refert ꝑponere negationē vel postponere: dr̄ ꝙ in materia insolubilium multū refert. ⁊ i materia quaruncūqꝫ ypothetice significantiū. Eadē ē retinēda sententia i isolubilib⁹ singularib⁹ hn̄tib⁹ originē ex ꝓprietate vocis. vt h̄ ē falsum. h̄ nō ē verꝫ: dn̄do ꝙ ꝑmi ꝯtradictoriū nō ē illd̄. h̄ nō ē falsum. sꝫ illud nō hoc ē falsū. Naꝫ ꝑmū insolubile significat: ꝙ hoc est falsuꝫ: ⁊ hoc ē verꝫ: demōstrando idē insolubile.

ideo ꝯdictoriū significat disiūctiue. ꝙ hoc nō est falsum: vel hoc nō ē verꝫ. Silr̄: ꝯdictoriū scd̄i isolubilis nō est illud. h̄ ē verꝫ: sed illud nō hoc nō est verꝫ: ita ꝙ semꝑ ꝑponaẗ negatio: sic ꝯdictoriū isti⁹. tm̄ tu nō es hō: nō ē illud: tm̄ tu es homo. sed illd̄: non tantū tu non es hō. q̄re ⁊c.

Capi. tertium.

(d) Icto de insolubili singulari: nūc d' particulari vel indefinito dicēdū restat. Pono g̊ ꝙ hec sit ois ꝓpō particularis. aliqua ꝓpō particularis est falsa. que sit .a. que significet sicut termini ꝑtendūt: nō ponēdo ꝑcise: q: nō admitteretur casus. isto posito .a. ē flm̄ vt pꝫ ex dictis. Sed ꝯtra hoc arguiẗ sic. Ois ꝓpō particularis ē falsa. ergo aliqua ꝓpō particularis ē falsa. illa ꝯña ē bona: ab vniuersali ad suā subalternā. ⁊ añs ē verꝫ. g̊ ⁊ cōsequens. sꝫ ꝯñs ē .a. ergo .a. ē verꝫ. ꝙ añs sit verꝫ ꝓbaẗ. Nā ꝓpō particularis ē fl'a. ⁊ nulla ē ꝓpō particularis: q̄n illa sit falsa. g̊ ois ꝓpō particularis ē falsa. tenet ꝯña ab exponentib⁹ ad expositū. ⁊ añs ē verꝫ. ergo ⁊ consequens. Secūdo arguiẗ sic. Propositio particularis ē falsa. g̊ aliqua ꝓpō particularis ē falsa. tꝫ ꝯsequentia ab indefinita ad suā particularē. ⁊ añs ē verꝫ. g̊ ⁊ ꝯñs. Et ꝯsequens ē .a. g̊ .a. est verꝫ. ꝙ añs sit verꝫ pꝫ. q: suū ꝯdictoriū ē falsū. vꝫ. nulla ꝓpō particularis ē falsa. q: iam ꝯcessuꝫ ē ꝙ .a. ꝓpō particularis ē falsa. Tertio arguiẗ sic. Hoc ē flm̄. demonstrādo .a. ⁊ h̄ ē aliqua ꝓpō particularis. ergo aliq̄ ꝓpō particularis ē falsa. ꝯña tꝫ a resoluentibus ad resolutū. ⁊ añs ē verū. ergo ⁊ ꝯñs qd̄ ē .a. Ad primā respondeẗ ꝯcedendo istā ꝯsequentiā. ois ꝓpō particularis ē falsa. g̊ aliqua ꝓpō ꝑticularis ē falsa. q: an̄ casuꝫ concessissem eam. tñ dico ꝙ non valꝫ: nec arguiẗ ab vl'i ad suā subalternā: vel suam particularem. q: vl'is solūmō cathegorice significat: ⁊ particl'aris ista significat ypothetice. vꝫ. ꝙ aliqua ꝓpō particularis est falsa: ⁊ ꝙ .a. ē verum. Et si diceret. que ē eius particularis: dicitur ꝙ nō hꝫ aliquā ex quo positum est ꝙ illa sit omnis particularis: verumtamen ista eadēꝫ foret ei⁹ particularis: dato ꝙ non eēt insolubilis.

¶ Ad scd̃am rõnem respondeo sil'r con-
cedendo ꝯñam ꝛ negando ipsam esse bo-
nam. ꝛ tũc ad argumentũ dico ꝙ ista non
est particularis isti⁹ indefinite. q: particu
laris ē isolubilis ypothetice significans.
indefinita vero non est hmõi. eiusdez tam̃
foret particularis si neutra eaꝝ foret inso
lubilis. ¶ Ad tertiã rõnem conceditᷣ ꝯña
ꝛ negatᷣ ipsam valere: nec arguitᷣ a resol-
uentib⁹ ad resolutuz. q: particularis vel
indefinita insolubilis: nõ ē resolubilis. q:
significat ypothetice. sed probãda est isto
modo. suũ ꝑncipale significatũ ē veꝝ. ergo ip
sa est vera. ꝛ pz ꝙ añs ē falsum. Et si ar-
guitur sic. Ista ꝓpõ particularis est falsa.
ergo aliqua ꝓpõ particularis ē falsa. tenz
ꝯña ab inferiori ad suũ superi⁹ affirmatie
ꝛ sine aliquo signo impediente. Dicitᷣ ꝙ
ꝯña non valet ab inferiori ad suũ superi⁹:
nisi ꝓpõ inferioris ꝛ ꝓpõ supioris vnifor-
miter significēt. vz. cathegorice: qualiter
nõ est i ꝓposito. vnde si hec ꝓpõ. hõ ē ani
mal. significaret ꝑncipaliter ꝙ homo est
animal: ꝛ ꝙ homo est asinus. tũc non vale
ret aliqua istaꝝ ꝯsequentiarũ. hoc ē aial.
ꝛ hoc est homo. ergo hõ est aial. Iste ho-
mo est animal. ergo homo est animal. ꝛ h̾
ideo q: ꝯñs significaret copulatiue. ꝛ an-
tecedentis nulla pars sic significaret. ꝛ si
allegaretur aliqua dictaꝝ regulaꝝ respõ
detur vt dictũ est. ꝛ dicitᷣ etiã vt in alio ca
pitulo ꝙ ꝯtradictoriũ isti⁹. aliqua ꝓpõ par
ticularis ē falsa: non est illud. nulla ꝓposi-
tio particularis ē falsa. sed illd̃. nõ aliqua
ꝓpõ particularis ē falsa. Et si dicitᷣ ꝙ il-
le equiualēt ꝑꝑ negationē prepositaz. Di
citur ꝙ illa regula hz veritatē in solis ca-
thegoricis: cathegorice solũmodo signifi
cantib⁹: qualiter non est in ꝓposito. Idez
est iudiciũ de istis. aliqua ꝓpõ ꝑticularis
non est vera. Aliqua ꝓpõ particularis si-
gnificat alr̃ ꝗ3 est: ac ēt ita de infinitis vt ꝓ
positio indefinita est falsa. propositõ in-
definita ē non vera. quare ꝛc.

Capi. quartum.

N Unc de insolubili vli est dĩm: po-
nendo ꝙ hec. ois ꝓpõ vlis est fal
sa: sit ois ꝓpõ vlis: que significz si-
cut termini pretendũt: ꝗ sit. a. nõ ponēdo
ꝑcise: q: casus non admitteretᷣ. isto posito
dicitur ꝙ. a. est falsum. q: falsificat scipm̃.

Cõtra hoc arguitᷣ. Aliq̃ ꝓpõ vlis ē fal-
sa. ꝛ nulla ē ꝓpõ vlis quin illa sit falsa. ergo
ois ꝓpõ vlis est falsa. tz ꝯsequentia ab ex
ponentib⁹ ad expositũ. ꝛ añs est veꝝ. ergo et
ꝯñs. ¶ Scd̃o arguitᷣ. tm̃ slm ē ꝓpõ vlis.
ergo ois propõ vlis est falsa. tz ꝯña ab ex
clusiua ad suã vlem de terminis transpo
sitis: ꝛ añs est veꝝ. ergo ꝛ ꝯñs: qd̃ ē. a. ꝙ añs
sit veꝝ ꝓbatᷣ. Nã slm est ꝓpõ vlis: ꝛ nullũ
nõ falsũ est propõ vlis. ergo tm̃ falsũ ē ꝓ-
põ vlis. tz ꝯña ab exponentib⁹ a expositũ
ꝛ añs est veꝝ. ergo ꝛ ꝯñs. ¶ Tertio argu
itur. hoc ē slm demõstrato. a. ꝛ h̾ est ois ꝓ
positio vlis. ergo ois ꝓpõ vlis ē falsa. ista cõ
sequentia est bona: ꝛ añs est veꝝ. ergo ꝛ ꝯñs
ꝙ ꝯña sit bona pz a sili. h̾ currit: ꝛ hec est
ois homo. ergo ois hõ currit. ¶ Cõfirma
tur: destruendo ꝑmũ casuz: ꝛ ponēdo ꝙ il
le sint oēs ꝓpões vles. Ois ꝓpõ vlis est
falsa. ꝛ ois homo ē asinus: sic significãdo.
isto posito arguitᷣ sic. Ista ꝓpõ vlis est fal
sa: demõstrãdo ꝑmã: ꝛ ista ꝓpõ vlis ē fª. d̾
monstrando scd̃am. ꝛ iste sũt oēs ꝓpões
vniuersales. ergo ois propõ vniuersalis ē
falsa. tenet consequētia a singularib⁹ suf-
ficienter enumeratis ad suam vniuersalē
ꝛ antecedens est verum. ergo ꝛ ꝯñs.

¶ Ad hec respondetᷣ. ꝛ primo ad primũ.
cõncedo insolubile. ꝛ nego ipsum esse ve-
rum. ꝛ tunc ad rationem: concedo conse-
quentiam. ꝛ nego ipsam esse bonam. ꝛ tũc
ad argumentum. ibi arguitur ab exponen
tibus ad expositum. nego: q:. a. nõ ē ꝓpõ
exponibilis: nisi significaret cathegorice
solum. vñ si ista. ois homo ē aial significa
ret ꝑncipaliter ꝙ ois homo ē aial: ꝛ ꝙ tu
es asinus. tũc patet ꝙ ista ꝯsequentia non
valeret. homo ē aial. ꝛ nihil ē homo: quin
istud sit aial. ergo ois homo est aial. q: añs ē
veꝝ ꝛ ꝯñs falsum. Et tũc si allegaretᷣ re-
gula: oz dicere ꝙ ꝯñs nõ est exponibile ꝓ
pter cãm dictam. sed ꝓbaretᷣ vl' improba-
retᷣ per suũ significatũ copulatũ sicut ꝛ ꝓ-
põ insolubilis quecũq3. ¶ Ad scd̃m cõce-
do ꝯñam ꝛ nego ipsam esse bonã. nec ar-
guitur ab exclusiua ad suam vlem. ex quo

exclusiua cathegorice significat: ⁊ vniuersalis ypothetice. Et si dicit̃. que ē exclusiua ei⁹: dr̃ ꝙ nullā h̃z. vñ si hec. oīs homo ē aīal. significaret ypothetice vex̃ ⁊ f̃lm. ⁊ h̃ tm̃ aīal est hō: mō ꝯsueto: dicerē tunc vl'em illam nō eē vl'em isti⁹ exclusiue nec econuerso. ita in ꝓposito ē dōz. ¶ Ad tertiū argumentū: dico sīlr ꝙ nō valet ꝯña. ⁊ cū dr̃: ꝙ a simili bñ valet: dico ꝙ nō ē similitudo. q: ꝯñs vni⁹ ꝯñe significat cathegorice solū: ⁊ aliud ypothetice. vnde si hec. oīs homo currit. significaret ꝙ oīs homo currit: ⁊ ꝙ de⁹ nō est. ista ꝯña tūc non valeret. h̃ currit. ⁊ hoc ē oīs hō. g̊ oīs homo currit, ꝓpter cām dictā. q: ꝯñs significar3 ypothetice. ¶ Ad ꝯ̄firmationez admisso casu vt p:i⁹ dico ꝙ ꝯña non valet. ⁊ ad regulam a singularib⁹ sufficiēter enumeratis ad suā vl'em: dico ꝙ nō arguit̃ cū debito medio qḋ deberet esse tale. iste sūt oēs ꝓpōnes vniuersales. ⁊. a. ē vex̃: qḋ certe negat̃. vñ nec ista ꝯña valeret. iste homo currit: ⁊ ille homo currit. ⁊ isti sūt oēs homines. ergo oīs homo currit. dato ꝙ ꝯñs significaret ypothetice vt p:i⁹. s3 o3 addere altera ptē significati. v3. ⁊ null⁹ de⁹ ē. q̄ addito ꝯña est bona. s3 añs ē falsū. ⁊ si q̄ratur de ꝯ̄dictoria: dr̃ ꝙ ē hec. nō oīs ꝓpositio vniuersalis ē falsa significans disiūctiue mō opposito de. a. Eodez mō ē dōm ḋ istis vniuersalib⁹. Oīs ꝓpō vl'is significat aliter q̄̄z ē. Nulla ꝓpō vniuersalis est v̄a. ⁊ nll'a ꝓ:ꝓpō vniuersalis ē ꝯ̄cedēda.

Capi. quintum.

e Xclusiua insolubilis ꝯsimiles continet difficultates: vt pono ꝙ sor. ⁊ tu sitis omnes loquentes. ⁊ dicat sor. de⁹ est. ⁊ tu dicas. tm̃ sor. dicit verum. ⁊ sit. a. ⁊ nullam aliam: ⁊ significet sicut termini p:etendunt p:ecise. Isto posito quero: vtrum. a. sit verum vel falsum: si verum. ergo significat p:ecise sicut est. sed. a. significat p:ecise ꝙ tantum sor. dicit verum. ergo tu non dicis verū. ⁊ tu dicis. a. ergo. a. n on est verum. Si dicit̃ ꝙ. a. est falsū. ergo significat aliter q̄̄z est. s3. a. significat p:ecise ꝙ tantum sor. dic̃ verum. ergo non ita est ꝙ tantum sor. dicit verum. sed tu ⁊ sor. estis oēs loquētes. g̊ tu dicis verum: ⁊ non dicis nisi. a. g̊. a. est vex̃: ⁊ ita habetur contradictio. ¶ Respondet̃ non admittendo casum. q: ex eo o:iginatur īsolubile simpliciter. si tamē nō ponit̃ p̃cise: admitto casū ⁊ dico. a. eē falsum. ⁊ tūc ad argumentū. a. significat aliter: q̄̄z ē ꝯcedendo. sed. a. significat p:ecise ꝙ tantū sor. dicit vex̃. ergo ⁊c. nego mino:ē. quia repugnat casui. Et si dicit̃. qd ergo ꝙ aliud significat: Dico ꝙ. a. significat ꝙ tantū sor. dicit verum. ⁊ ꝙ. a. est verum. nec ratione p:imi significati ē. a. falsum. q: verum ē tantum sor. dicere falsū. sed ratione secundi significati: quia ꝯ̄ceditur. a. esse falsum. ¶ Contra responsionem arguitur. Omne dicens verum ē so:tes. ergo tm̃ so:. dicit verum: ista ꝯsequentia ē bona ab vniuersali ad suaz exclusiuā de terminis transpositis. ⁊ añs ē verum. g̊ ⁊ ꝯsequens. ⁊ ꝯñs est. a. ergo. a. est vex̃: ꝙ añs sit vex̃ ꝓbatur. nam dicens vex̃ est so:. ⁊ nihil ē dicens vex̃ quin illud sit so:. ergo omne dicens verum est so:. p3 ꝯ̄sequentia ab exponentib⁹ ad expositum.

¶ Secundo arguitur. nihil p̄ter so:. dic̃ vex̃. ergo tm̃ so:. dicit vex̃. ista ꝯña ē bona: ⁊ añs ē vex̃. ergo ⁊ ꝯsequēs. ꝙ antecedens sit verum p3 per exponentes.

¶ Tertio arguit̃. so:. dicit vex̃. ⁊ nihil nō so:. dicit vex̃. ergo tantum sor. dicit verū ista ꝯsequentia ē bona ab exponentib⁹ ad expositū. ⁊ antecedens est vex̃. ergo ⁊ ꝯ̄sequens. sed ꝯsequens est. a. g̊. a. est vex̃.

¶ Ad hec oīa pōt simul rñderi ꝙ nunq̄̄z ꝯñs illatū est. a. nec ꝯuertibile cū. a. s3 solum simile. a. sed si ponatur cum toto cāu ꝙ sit. a. vel ꝯuertibile cū. a. tūc respondetur ꝯcedendo oēs ꝯñas factas: negando tamen illas esse bonas. Ad p:imaz ergo cum dr̃ ꝙ ibi arguit̃ ab vniuersali ad suaz exclusiuam. nego. quia vniuersalis significat cathego:ice: et exclusiua ypothetice quia est insolubilis. Et si queritur ḋ sua exclusiua dicatur ꝙ est vna similis illi ꝓlata a so:. que non est insolubilis. videlicet. tantum so:. dicit verum. ¶ Et ad aliam dicitur ꝙ etiam non valet: nec illa est exclusiua dicte exceptiue. sed illa quā nominaui modo.

Et ad tertiã dr̃:ꝙ nõ arguit̃ ab ex ponẽ
tibꝰ ad expositũ.q꞉ iſta excluſiua nõ ẽ ex/
ponibilis:exquo ypothetice ſignificat. vñ
ſi iſta.tm̃ hõ ẽ riſibilis.ſignificaret ꝑncipa
liter:ꝙ tm̃ hõ ẽ riſibilis:⁊ ꝙ nullꝰ deꝰ eſt:
tũc nõ valeret aliqua iſtaꝝ ꝯñaꝝ. Omne
riſibile ẽ homo.ergo tantum hõ eſt riſibil'.
Nihil ꝑter hoiem ẽ riſibile.ergo tãtuꝫ hõ
eſt riſibilis. Itẽ:homo ẽ riſibilis:⁊ nihil ñ
hõ ẽ riſibile .ergo tantũ hõ ẽ riſibil'. Eodẽ
mõ ẽ dõ. ad iſtaſ excluſiuas:tm̃ excluſiua
ẽ fᵃ.tm̃ eecluſiua ñ ẽ vã.dato ꝙ vna iſtarũ
ſit ois excluſiua. qõ bñ admittit̃. q꞉ nõ po
nitur ꝑciſe.⁊ ita reſpõdet̃ vt priꝰ ad argu
menta ꝓbãtia aliquã iſtaꝝ eſſe verã. De
exceptiuis vero idẽ eſt iudiciũ: vt in caſu
priori. Nihil ꝑter ſor.dicit veꝝ. Nulla ꝓ
põ ꝑter exceptiuã eſt falſa. Omnis excep
tiua preter iſtam eſt vera:demonſtrata ſe
ipſa.quare ⁊c.

Capi.sextum:

Sequit̃ dicere de iſolubili ypothe
tico:Et ꝑmo de copulatiua. ꝓ cꝰ
declaratõe pono aliquas reglãs.:
Prima eſt iſta. Inſolubiie copulatiuũ
cuiꝰ vna pars ẽ necia ꝑ ſe ſi eidẽ i caſu ad
dũtur oẽs cõditiones cũ nota excluſionis:
ſit inſolubile ſimpl'r:⁊ nõ admittendꝰ ẽ ca/
ſus. v̇.g.pono ꝙ illa copulatiua deꝰ eſt.⁊
nulla copulatiua ẽ vera.q̃ ſit.a.ſit ois co/
pulatiua ſignificans preciſe ſicut termini
pretendñt.iſto poſito ⁊ admiſſo.q̃ro vtrũ
.a.ſit veꝝ:ſi dr̃ ꝙ ſic. ergo ſecũda pars ẽ
vera.ſed ſcõa pars ſignificat ꝑciſe ꝙ nul
la copᵃ ẽ vã.g̊ nᵃ ꝯpl'atia ẽ vã.g̊.a.ñ ẽ veꝝ
Si dr̃ ꝙ.a.ẽ falſum.ergo altera pars eſt
falſa.ſꝫ nõ ꝑma.g̊ ſcõa.tũc ſic.ſcõ a ps eſt
falſa.g̊ ſignificat aliter q̃ꝫ ẽ.ſꝫ ipſa ſignifi/
cat ꝑciſe:ꝙ nulla copulatiua ẽ vera.g̊ nõ
ẽ ita ꝙ nulla copulatiua ẽ vera.⁊.a.ẽ ois
copulatiua.ergo.a.ẽ veꝝ. ¶ Secũda re
gula eſt iſta. Inſolubile copulatiuũ: cuiꝰ
